e-codices

est sup omne nomen. ut in nomine ihu omne genu flec
tatur. caelestium. & terrestrium. & infernorum & om
nis lingua confiteatur. quia dns ihs in gloriae di patris;
Quid & quantum humilitas mereatur ostendit. ut magis hanc
appeteremus calcata iactantia; Unde dicit salomon. Sup
bis ds resistit. Humilibus uero dat gratiam. Quare. & dns.
Qui se inquid exaltauerit. humiliabitur. & qui se humilia
uerit. exaltabitur. Haec est ergo humilitas. si sibi quis. nec
quod deberi nouit. defendat; Demq. phariseus ille. ue
rade se dicens. exaltasse se dictus est. ac p hoc humiliatus est;
Xps autem plus fecit. qui cum ds sit. caro factus. hominib;
se inclinauit. Nunc uideamus. quomodo donatum est
xpo nomen. quod est sup omne nomen. Quasi eguerit
filius di. aut inpfectus fuerit. Qui enim eget. inpfectus
est. Si enim in forma di erat. par et aequalis do. quomo
do donatum e illi. et enim donatum dicit. qui se humili
auit. & quasi homo apparuit. exinaniens se. factus oboe
diens usq. ad mortem. Si ergo pfectus natus est. quomodo
eguit. pfectum di filium natum. de do patre qui negat. ar
rianus est; Nam ante passione. aequalem se do patri osten
dit. Sicut & supra memoraui. Unde constat. hunc natu
esse pfectum. In natiuitate enim sua. omnia consecutus
uidetur. In plenitudine enim diuinitatis e natus. ad om
nia agenda quae gessit. Ut prius donum accepisset. qua
gereret. Adq; agenda. natus est. Uidetur ergo donu
+ ateē patris. hoc est & filium; Et nomen eius sup omne nomen
sit. hoc e esse dm; Nomen enim di. sed p naturam. non
p solam appellationem. sup omne nomen e; Hinc est

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 330, p. p.%20114 – Commentarius in epistolas Pauli ad Galathas, ad Ephesios etc. (http://www.e-codices.ch/en/csg/0330/p.%20114)